FLORES BIBLIAE,

SIVE LOCI COMMVNES OMNIVM

ferè materiarum ex veteri ac
nouo teſtamento excerpti,
atque alphabetico or-
dine digeſti,
núncq;
demum caſtigati.

IN VIRTVTE, ET FORTVNA.

LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium,
ſub Scuto Veneto,

1556.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

FLOSCVLI OMNIVM fere materiarum ex ſacris Bibliorum libris excerpti atq; ordine alphabetico digeſti.

ABSTINENTIA.

VIR ſiue mulier cũ fecerint votũ, vt ſanctificentur, & ſe voluerint domino cõſecrare, à vino & omni, quod inebriare poteſt, abſtinebunt. *Nume. 6.*

Tobias filium ſuum ab infantia timere Deũ docuit, & abſtinere ab omni peccato. *Tob. 1.*

Iuſtus comedit & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſatiabilis. *Prou. 13.*

Anima ſaturata calcat fauum, anima eſuriens, amarum pro dulci ſumit. *Prou. 27.*

Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus iuſtitiæ ſucceſſus habebit. *Eccl. 3.*

Beatus terra, cuius principes comedũt in tẽpore ſuo ad reficiendũ, & non ad luxuriã. *Eccl. 10.*

Initium vitæ hominis abſtinentia. *Eccl. 29.*

Vtere, quaſi homo frugi, his, quę tibi ap- *Ibidẽ 31.*

reputabitur tibi in peccatum, &c.

Leui. 27. Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit animam ſuam Deo, ſub æſtimatione dabit precium.

Num. 30 Si quis virorum votum Domino voue-rit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non fa-ciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit, implebit

Ibidem. Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe con-ſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo pa-tris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cogno-uerit pater votum quod pollicita eſt, & iu-ramentum quo obligauit animam ſuam, & tacuerit, voti rea erit, quicquid pollicita eſt, & iurauit, opere complebit.

Iob 22. Rogabis eum & exaudiet te, & vota tua reddes.

Pſal. 75. Vouete & reddite Domino Deo veſtro.

Prou. 20. Ruina eſt homini deuotare ſancto, & poſt vota retractare.

Eccl. 5. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta pro-miſſio.

FINIS.